

- § Ταύτη τοι καὶ οἱ φιλόσοφοι, εἰ καὶ τὴν τῶν πραγμάτων πρὸς τὸ ποιητικὸν αἴτιον ἀναγκαίαν σχέσιν ἐπέγνωσαν, ὅμως τὴν τῆς εἰς τὰ ἔξω προόδου σχέσιν πρὸς τὴν εἰς τὰ εἴσω οὐ κατενόησαν. τὰ τε φυσικὰ ὁμολογοῦντες παρῆχθαι, πρὸς τὴν θεῖαν ἐκείνην καὶ τὴν εἰς τὰ εἴσω πρόοδον οὐκ ἠδυνήθησαν ἀφικέσθαι τῷ νῶ. καὶ ἐπεὶ τὸ δημιουργεῖν οὐδὲν ἄλλο 5 ἐστὶν ἢ δοῦναι τὸ εἶναι, ὁ δὲ τῆς ἐνεργείας ὄρος δείκνυσι τὴν τῆς ἐνεργείας ἀρχὴν — πᾶν γὰρ τὸ ποιῶν ὅμοιον ἑαυτῷ ποιεῖ, εἰ ὁ τῆς κτίσεως ὄρος ἐστὶ τὸ εἶναι —, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς τῶν δημιουργημάτων παραγωγῆς τὸ τοῦ θεοῦ εἶναι ἐστίν, ὅπερ κοινόν ἐστι τοῖς τρισὶ θείοις προσώποις ὡσπερ καὶ αὐτῇ ἡ οὐσία. τὸ κτιστὸν οὖν εἶναι οὐ τὴν τριάδα, ἀλλὰ τὴν ἐνότητα τὴν 10 θεῖαν δηλοῖ. παρὰ δὲ ταῦτα ἐπεὶ ὁ θεὸς οὐ συνωνύμως, ἀλλ' ὁμωνύμως αἰτία τῶν δημιουργημάτων ἐστίν, εἴτε καὶ ὡς τὰ ἀφ' ἐνὸς καὶ πρὸς ἓν, οὔτε μὴν δύναται τὸ δημιουργῆμα εἰ μὴ ἐλαχίστην τινὰ ὁμοιότητα ἔχειν πρὸς τὸν θεὸν ἐν τῇ θεῖα ἐνότητι ἰδρυμένην ἀναλογικῶς, οὐχ ἔπεται τῇ εἰ καὶ ἐν τῷ δημιουργήματι εὐρίσκεται τις τριάς, καὶ ἐν τῷ δημιουργῶ 15 εἶναι. τὰ γὰρ ἐν τοῖς κάτω καὶ τῇδε διηρημένα ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις ἠνωμένα εἰσὶν. οὔτε μὴν φυσικῷ λόγῳ δυνάμεθά τι νοῆσαι ἐν τῇ θεῖα φύσει πληθύνεσθαι, εἴπερ τὸ ἐν τοῖς ἀποτελέσμασι πληθυνόμενον τε καὶ διακρινόμενον τοῦτ' ἐν τῇ αἰτία καθ' ὑπεροχὴν ἠνωται. ὅθεν καὶ ὁ θεῖος Ὁωμᾶς ἐν δεκάτῳ περὶ τῆς Ἀληθείας ζητήματι, τελευταίῳ κεφαλαίῳ· »εἰ καὶ ἐν 20
- V 111^v τοῖς δημιουργήμασι εὐρίσκεται τι τῶν θείων προσώπων ὁμοίωμα, ἐκ τῶν ὁμοιωμάτων ὅμως ἐκείνων οὐκ ἔξεστι συμπερᾶναι οὕτως εἶναι καὶ ἐν τοῖς θείοις, ἐπεὶ τὰ ἐν τοῖς δημιουργήμασι εὐρισκόμενα διακεκριμένα ἐν τῷ δημιουργῶ ἄνευ οἴασου ἐἰσι διακρίσεως.«
- § Ὁ δ' ἐναντίος τῶν λόγων τούτων ἄπειρος ὢν νομίζει τὸν Ἀριστοτέλη 25 τῇ τῶν φυσικῶν τούτων, ἣν ἔσχε, γνώσει καὶ τὸ τῆς τριάδος μυστήριον ἀκριβῶς ἐγνωκέναι, τὸ τῆς ἱερᾶς πίστεως καὶ θείας ἀποκαλύψεως, ὡς πάντες κοινῇ φρονοῦσιν οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι, χάρισμα τῇ φύσει ἐπιγραφόμενος καὶ πᾶσιν ὁμῶσε τοῖς ἱεροῖς διδασκάλοις χωρῶν ἀλύτῳ τινὶ ὡς οἴεται τοιούτῳ ἐπιχειρήματι χρῆται. »διὰ τοῦ ἴχνους, φησί, δύναται 30 νοεῖσθαι τὸ οὐ ἐστὶν ἴχνος. ἐν δὲ τοῖς κτιστοῖς καὶ φυσικοῖς πράγμασι ἐστὶν ἴχνος τριάδος. Ἀριστοτέλης ἄρα τὰ κτιστὰ καὶ φυσικὰ πράγματα γνοὺς ἔγνω καὶ αὐτὴν τὴν τριάδα.« ἀλλὰ τὸ ἐπιχείρημα τοῦτο οὐ μόνον οὐκ ἐστὶν ἄλυτον, ἀλλὰ καὶ μάλα εὐλυτον. ψευδῶς γὰρ λέγεται ἴχνος τριάδος, ἢ τριάς ἐστίν, εἶναι ἐν τοῖς κτιστοῖς πράγμασι. οὐδὲ γὰρ ἐστὶν ἐν 35 αὐτοῖς ἴχνος τριάδος, ἢ δὴ τῇ οἰκείᾳ αὐτῆς ἐσωτερικῇ προόδῳ ἢ θεῖα τριάς διακρίνεται, ἀλλ' ἢ ἐν τι καὶ ἠνωμένη ἐστίν, ὡς ὀλίγω πρότερον ἔφην. »ἀλλ' ὁ Ἀριστοτέλης, φησί, τοῦτ' ἔγνω δεικνύς τὸν θεόν. τοῦτο δὲ ἐστὶν ἡ τριάς. ἔγνω ἄρα τὴν τριάδα.« τοῦτ' οὖν παρὰ τῶν ἐν ταῖς σχολαῖς παιδῶν εἰληφῶς ὡς εἶκε λέγει, οἱ δὴ γυμνασίας ἐνεκα οὕτω πως ἐπιχειροῦ- 40
- σιν. μὴ δυνάμενος δὲ τὴν αὐτοῦ εὐρεῖν λύσιν, ὁ καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῖς ἐστὶ ῥᾶστον — ἀποκρίνοιντο γὰρ ἄν, ὡς ἔγνω μὲν Ἀριστοτέλης τὸν τρισυπόστατον καὶ ἓνα θεόν, οὐ μέντοι ἔγνω θεὸν τρισυπόστατόν τε καὶ ἓνα —, εἰς τοσοῦτον

Quapropter philosophi, quamvis habitudinem rerum ad principium efficiens necessario animadverterent, tamen productionis externae habitudinem ad internam productionem non adhibuerunt. Cumque res naturales productas esse faterentur, ad internam tamen divinam illam productionem aspirare non potuerunt. Et cum creare nihil aliud sit quam dare esse, terminus autem actionis ostendat principium actionis — omne enim agens sibi simile agit, si terminus creationis est esse —, principium quoque producens creaturam est esse divinum tribus personis commune, sicut et essentia est. Ergo esse creatum non trinitatem, sed unitatem declarat.

10 Tum etiam cum deus causa creaturae sit non univoce, sed aequivoce aut analogice nec nisi minimam quandam similitudinem fundatam in unitate analogica habere possit creatura cum deo, non sequitur, ut, si in re creata sit aliqua trinitas, in re etiam increata sit. Quae enim in inferioribus distinguuntur, haec in superioribus uniuntur. Nec ex naturali quidem ratione intelligere quicquam multiplicari in natura divina possumus, quando, quod in effectu multiplicatur atque distinguitur, id in causa eminens unitumque continetur. Unde divus Thomas quaestione decima de Veritate, articulo ultimo: »Quamvis, inquit, in creaturis aliqua reperiatur similitudo personarum, non tamen ex similibus illis concludi licet ita esse in divinis, cum ea, quae in creaturis reperiuntur distincta, in creatore sine ulla distinctione sint.«

Sed adversarius vacuus harum rationum putat Aristotelem exploratum sibi habuisse mysterium trinitatis peritia rerum, quas calluerat, naturalium, et quod munus sanctissimae fidei et revelationis solum esse theologi nostrae religionis arbitrantur, ipse naturae attribuit et argumento, quod insolubile putat, hoc aggreditur sapientissimos omnes doctores, qui adhuc in religione Christi claruerint. »Per vestigium, inquit, potest intellegi vestigiatum. In rebus autem creatis et naturalibus est vestigium trinitatis. Ergo Aristoteles, qui res naturales et creatas intellexit, trinitatem etiam intellexit.« Hoc non solum non indissolubile, sed etiam facile solubile. Falso etenim dicitur vestigium trinitatis, in quantum trinitas est, esse in rebus creatis. Non enim ea ratione, qua trinitas distinguitur sua productione interna, vestigium trinitatis in reliquis creaturis est, sed qua unitum et unum, quomodo exposui. »Contra, inquit, Aristoteles hoc cognovit demonstrato deo. Hoc autem est trinitas. Ergo cognovit trinitatem.« Hoc a pueris didicit, qui in scholis ingenii exercendi causa ita arguunt. Sed quod vel illis solvere facile est, sic respondendo: Aristoteles deum trinum et unum cognovit, et tamen non cognovit deum trinum et unum, ipse

20 Thom. Aq. De Veritate quaest. 10. de mente art. 13. | 8^o cr. Georg. Trap. Comparationes II. 3.

ἀσεβείας ὀλισθεν, ὡς τὰ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπόρρητα νομίζειν ἐξ αὐτῶν τῶν δημιουργημάτων δύνασθαι ἐναργῶς παριστάνεσθαι.

10 Ἄλλ' εἰ μὲν ἐγνώσθαι τὴν τριάδα ὑπ' Ἀριστοτέλους φαίη, ᾧ λόγῳ ἐστὶ τριάς, ἄνευ τῆς τῶν ἰδίων ἢ ὡς ἰδίων γνώσεως, ἴστω τοῦτό γε ἀδύνατον εἶναι, τὸ γνῶναι μὲν τινα τὴν τριάδα, ᾧ λόγῳ ἐστὶ τριάς, ἀγνοεῖν δὲ τὸν τῆς διακρίσεως τῶν θείων προσώπων λόγον καὶ τὴν διὰ τῶν ἰδίων ἢ ὡς ἰδίων περιγραφὴν τε καὶ διορισμόν, καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ περιίσταται, ὥστ' ἐπὶ τῆς θείας φύσεως διακρίνειν, ἅπερ ἐνοῦσθαι παντελῶς κατὰ φιλοσόφους δεῖ. εἰπάτω δὲ καὶ, εἰ λόγῳ διακρίνοιτο ἡ τριάς, ἣν Ἀριστοτέλης ἐγνώ, ἢ πράγματι. εἰ μὲν γὰρ λόγῳ, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν 10 εὐσέβειαν· εἰ δὲ πράγματι, ἦτοι οὕτως ὡς συμβεβηκότα πραγματικῶς διακρίσθαι, ὕπερ οὐδεὶς ἂν ἐπὶ θεοῦ συγχωροίη, ἢ ὡς τρεῖς πρώτας οὐσίας πραγματικῶς διακεκρίσθαι. οὕτω γὰρ πανταχοῦ ὁ Ἀριστοτέλης τὰ ὑποκειμένα καὶ τὰ ὑφεστῶτα ἀλλήλων εἴωθε διακρίνειν, ὧν ἐκάτερον τῶν προκειμένων ἀλλότριον. »πολλά φησιν ὁ κατήγορος εἶναι τὰ τὴν ἐμὴν κρίσιν 15 συνιστῶντα.« λέγε τοίνυν, ὦ τάν, καὶ τὰ λοιπά. »καθάπερ ἡ τοῦ ἡλίου ἐν τῷδε τῷ ὑποκειμένῳ, φησίν, ἐγγινομένη θερμότης θερμὸν εἶναι τὸν ἥλιον δηλοῖ, οὕτω καὶ τὸ ἔχνος σημαίνει τριάδα εἶναι ἐν τῷ δημιουργῷ τὸ ἐν τῷ δημιουργήματι ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τεθέν.« ἀλλὰ τοῦτ', ὦ λῶστε, οὐδὲν τέ ἐστὶ καὶ κατὰ σοῦ ἐστίν. ἡ γὰρ ἐν τῷδε ἐξ ἡλίου ἐγγινομένη θερμότης 20 οὐκ ἐστὶ κατ' οὐσίαν ἐν τῷ ἡλίῳ. οὐδ' οὕτως ἐστὶ θερμὸς ὁ ἥλιος, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν καὶ αἰτίαν. ἢ σύ γε πλείω κατ' Ἀριστοτέλους, ᾧ συνηγορήσαι προεῖλου, ἢ Πλάτωνος καὶ φρονεῖς καὶ λέγεις. ἴσως δὲ οὐδ' ἀκήκοας Ἀριστοτέλους μὴ βουλομένου θερμὸν εἶναι τὸν ἥλιον. εἰ δὲ καὶ μηδὲν ὑπὸ θεοῦ παράγεσθαι φρονοίη Ἀριστοτέλης, πῶς ἂν σοι τὸ ἔχνος εἴη τοῦτο 25 ἀποτέλεσμα τοῦ θεοῦ;

11 »Τί οὖν, φησίν, οἱ ἱεροὶ ἡμῶν διδάσκαλοι λόγους ἐκ τῶν δημιουργημάτων λαμβάνοντες ἐνδείκνυνται τὴν τριάδα, εἰ μηδενὶ τοιούτῳ λόγῳ δύναται ἀποδείκνυσθαι; διὰ τί δὲ καὶ Παῦλος τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ τοῖς ποιήμασιν νοούμενα καθορᾶσθαι φησιν;« ταῦτα μὲν οὕτως ἔχει, σὺ δ' ὑπὸ ἀμαθίας τοῦ 30 διορίζεσθαι οὐ συνίης, ὅπως λέγεται ταῦτα. δεικνύναι γὰρ τι διὰ τοῦ ἀποτελέσματος διχῶς ἐστίν. ἢ γὰρ ὡς ἐκ τοῦ ἀποτελέσματος εἰς τὴν τοῦ αἰτίου ποδηγεῖσθαι γνῶσιν, καθ' ὃν δὴ τρόπον ἐκ τῆς κινήσεως τὸ πρῶτον κινουῖν V 112^v καὶ ὁ θεὸς γινώσκεται, ἢ ὡς τοιαύτη αἰτία ὑποτεθείσας ἀποτελέσματι προσῆκον τῇ τοιαύτῃ αἰτίᾳ δείκνυσθαι, ὃν τρόπον ἐν ἀστρονομίᾳ ἐκκέντρων 35 τινῶν κύκλων καὶ ἐπικύκλων ὑποτεθέντων οὕτω τὴν δοκοῦσαν ἀνωμαλίαν τῆς τῶν ἀστρῶν κινήσεως καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτὰ φαινομένων περισώζωμεν. ἦνίκα τοίνυν Λύγουστίνος ὁ θεῖος καὶ οἱ ἄλλοι τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι ἐκ τῆς τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου καὶ ἀγάπης προόδου τὴν θείαν πρόοδον πειρῶνται δεικνύναι, οὐχ οὕτως αὐτῶν ἀκουστέον, ὡς ἐκ τῶν 40 ἀποτελεσμάτων εἰς ἀπόδειξιν προϊόντων τῆς θείας τριάδος, ἀλλ' ὡς προυπετεθείσας διὰ πίστεως τῆς θείας τριάδος συμβάλειν ταύτῃ τῇ θέσει τὴν τοῦ λόγου καὶ τῆς ἀγάπης καὶ τῶν ἄλλων τῶν γε τοιούτων πρόοδον βουλο-

imperitia solvendi lapsus est in tantum impietatis errorem, ut nostrae religionis arcana declarari naturae facie pingui existimet.

At si trinitatem cognitam ab Aristotele dicit sub ratione, qua trinitas 10 est, sine cognitione priorum atque appropriatorum, id nec possibile est, ut quis trinitatem sub ratione, qua trinitas est, cognoscat et tamen 5 ignoret, qua ratione distinguantur ipsa supposita et propriis suis aut appropriatis describantur ac limitentur. Et eodem volvitur, ut in natura divina distinguat, quae unire omnino debet. Quid vero trinitas illa Aristoteli cognita per distinctionemne rationis sit, an per distinctionem realem? Nam si 10 per distinctionem rationis, nihil ad nos pertinet Christianos; sed si reali prorsus, aut ita est, ut accidentia realiter distincta sint, quod esse in deo nemo concesserit, aut ita, ut tres substantiae primae realiter sint distinctae. Sic enim ab illo supposita et hypostases distinguuntur. »Plura, inquit ad- 15 versarius, meam sententiam tuentur.« Dic sodes reliqua. »Ut calor effectus a sole in hoc subiecto calorem esse a sole declarat, sic et trinitatem esse in creatore exprimit vestigium, quod in creatura a creatore positum est.« Hoc reliquum nihil est et contra te est. Calor enim effectus a sole non est in sole formaliter. Neque ita sol calidus, sed virtualiter est. Quid vero, cum ne effectum quidem a deo quicquam sit opinione eiusdem 20 philosophi Aristotelis?

»Quid, inquit, theologi sancti adducunt rationes ad probandam trini- 11 tatem, si nulla exprimi ratione possit? Quid Paulus invisibilia dei per ea, quae facta sunt, conspici intellectu dicit?« Sunt ista quidem, sed tu imperitia distinguendi, quem ad modum dicantur, intellegere nequis. Probari 25 enim aliquid per effectum bifariam potest. Aut enim ita, ut ab effectu ad causam cognoscendam deveniatur, quomodo ex motu primus motor et deus cognoscitur, aut ita, ut posita causa convenire effectum causae positae ostendatur, ut in siderali scientia eccentricos esse probamus, quod ratio apparentium circa motum servari potest convenienter tali positioni. Cum 80 itaque divus Augustinus arguat ex processione verbi et amoris, ita intellegendum, ut non ducatur per investigationem ab effectu ad ponendum trinitatem, sed ut posita trinitate ex fide congruere positioni rationem verbi amoris et reliquorum huiusmodi declaret. Quod probandi genus

29 potest *correx* ex possunt

16 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 3. | 27 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 3.
29 cf. Rom. 1, 20.

μένων. τό γε μὴν τοιοῦτον τῆς ἀποδείξεως γένος ἐξ εἰκότων τινῶν γίνεται λόγων καὶ οἴων ῥᾶον λύεσθαι δυναμένων. οὐ γὰρ εἰ ὁ θεός ἐστὶν ἄπειρος, ἔπεται καὶ υἱὸν γεννᾶν ἄπειρον. ὁ γὰρ φυσικὸς φιλόσοφος τὴν εἴσω ταύτην πρόδοτον ἀδύνατον ἂν εἶναι φαίη καὶ τὸ ἀπειροδύναμον τοῦ θεοῦ ἐμφαίνεσθαι ἐν τῷ τὰ ὄντα αὐτοῦ ἐξηρητῆσθαι ἢ ἐκ τοῦ ὅλως μὴ ὄντος παρῆχθαι, εἰ δὲ τοῦτό γε συγχωρήσειεν ἐκ τοῦ ὅλως μὴ ὄντος αὐτὰ παραχθῆναι, μηδὲ δεῖν τοσαύτην ἐν τῷ ἀποτελέσματι, ὅσῃν ἐν τῇ αἰτία, τελειότητα εἶναι. μήτε μὴν ἔπεσθαι, εἰ ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος προάγει λόγον, καὶ τὸν θεῖον νοῦν τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, εἰ γε μὴ συνωνύμως ἡμῶν τε καὶ τοῦ θεοῦ ὁ νοῦς λέγοιτο. δι' ὃ καὶ Παῦλος ὁ μέγας οὐδένα τῶν ἀρχόντων τοῦ κόσμου 10 τούτου, ὅπερ ἐστὶ τῶν φιλοσόφων, ἐγνωκέναι τὴν τριάδα σαφῶς ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους γράφει, ὡς εἴρηται. ὁ δὲ πρὸς Ῥωμαίους φησὶ »τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ »τοῖς ποιήμασι νοούμενα« καθορᾶσθαι, τὴν ἐνότητα τῆς θείας τριάδος, οὐ τῶν προσώπων δηλοῖ τὴν διάκρισιν. πρὸς γὰρ ἀνθρώπους διαλεγόμενος θεῶν πλήθος δοξάζοντας τῷ ἐκ τῶν δημιουργημάτων ἐπιχειρή- 15 ματι ἀρμοδιωτάτῳ κέχρηται τὴν θείαν ἐνότητα δηλούντων, ὡς καὶ ὁ τῶν Ἀποφάσεων διδάσκαλος ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ φησὶ πάντας τοὺς διδασκάλους τὰ προκείμενα ἐξηγήσασθαι ῥήματα. οὕτω μάλιστα ὁ ἐναντίος τρία ὄλα V 113 ἀνήλωκε κεφάλαια, δεικνύναι πειρώμενος Ἀριστοτέλη γεγονέναι Χριστιανόν, ἐναντίως ἢ ὡς ἡ ἀλήθεια καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας διδασκαλοὶ ἀξιοῦσιν. 20

Κεφ. ις' "Οτι κατ' Ἀυγουστίνον καὶ Θωμᾶν ὁ Πλάτων πατέρα καὶ υἱὸν ἐν τῇ θεότητι ἐδόξασεν.

16,1 Ὁ δ' ὅμως μετὰ τὰ φαῦλα ταῦτα καὶ τὸ μηδὲν ὄντα ἐπιχειρήματα ὡς ἂν τις νικητῆς ἐφ' ἑαυτῷ μέγα φρονῶν σφοδρότερον τοῦ Πλάτωνος καταφέρεται καὶ μὴδ' ὄνειρῶξαι ποτέ φησιν αὐτὸν λόγου τι ἄξιον περὶ 25 τῆς θείας τριάδος. ὁμολογεῖ μέντοι αὐτὸν προῖόν ἅπαξ οἶον ἐνθουσιάσαντα τὸν θεὸν ὀνομάσαι πατέρα, ὡσπερ ἂν εἰ μικρόν τι τοῦτο ἦν πρὸς μέγιστον τοῦ Πλάτωνος ἔπαινον. ἀλλ' ὅπως μὲν Πλάτων ἐγγύτερον εἰς τὴν τῆς θείας τριάδος γνῶσιν ἢ Ἀριστοτέλης ἀφίκετο, ἐν τοῖς φθάσασιν ἰκανῶς ἐδειξάμεν. νῦν δὲ διὰ βραχέων καὶ τοῦ θείου Ἀυγουστίνου μεμνήσομαι, 30 ὅς ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν Ἐξομολογήσεων ἀναγνῶναι φησιν ἐν τοῖς τῶν Πλατωνικῶν βίβλοις, εἰ καὶ μὴ ταῖς αὐταῖς λέξεσιν, τὴν τοῦ εὐαγγελίου διάνοιαν ὅλου τοῦ »ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν« καὶ τὰ ἐξῆς μέχρι τοῦ »καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο«. οὐ μὴν οὐδέ τὸν θεῖον παραλείψω Θωμᾶν καίτοι σπεύδων ἐπὶ τὰ λοιπὰ προῖέναι. οὗτος γὰρ 85 περὶ τὰς τῶν Ἀποφάσεων ἀρχὰς Ἀυγουστίνῳ συγχρώμενος· »ὁ Πλάτων, φησὶν, ἐμυήθη ταῦτα ἐν τῇ παρ' Αἰγυπτίους ἀποδημίᾳ.« καὶ αὖ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἐπιτομῶν· »εὐρίσκεσθαι φησιν ἐν τοῖς τῶν Πλατωνικῶν βίβλοις ἐν ἀρχῇ εἶναι τὸν λόγον, οὐ μὴν τὸν ὡς λόγον τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα σημαίνεσθαι, ἀλλὰ τὸν ὡς ἰδέαν τῶν ὄντων, δι' οὗ πάντα δεδημιούρ- 40 γηκεν ὁ θεός.« εἰ δὲ καὶ τὰ ὡς ἴδια τῶν τριῶν προσώπων οὗτοι ἐπέγνωσαν,

ratio verisimilis quaedam est, et quae solvi de facili possit. Non enim si deus est infinitus, sequitur, ut filium quoque infinitum producat. Physicus enim productionem hanc internam esse impossibilem dixerit et potentiam dei infinitam apparere in dependentia entium aut in productione rerum ex
 5 nihilo, si admittit ex nihilo esse productas, nec oportere tantam in effectu, quantam in causa, esse perfectionem. Nec vero sequitur, si intellectus noster producit verbum, ut intellectus quoque divinus idem faciat, cum non univoce intellectus de nobis et de deo dicatur. Paulus vero neminem principum huius saeculi, hoc est philosophorum, trinitatem cognovisse aperte
 10 ad Corinthios scribit, ut dictum est. Quod autem ad Romanos dicit »invisibilia« dei intellegi »ex rebus creatis,« unitatem dei, non trinitatem significat. Agit enim apud eos, qui plures deos colebant, in quem errorem aptissime uti poterat argumento creaturarum, quae deum unum esse declarant, ut a theologis expositum omnibus magister Sententiarum in primo
 15 refert. Ita adversarius frustra capita tria tota consumpsit ad ostendendum Aristotelem Christianum fuisse, contra quam religio censet.

Cap. XVI. De Platonis, quod fieri potuit, cognitione trinitatis sanctorum testimonia.

Sed cum frivola haec ita dixisset, quasi iam potissimis rationibus
 20 victoriam obtinuerit, effert sese contumeliosius et Platonem ne somnare quidem trinitatis rationem potuisse ait. Fatetur tamen eundem, quem ne somniasse quidem trinitatem dicit, semel tamquam furore concitatum appellasse deum patrem, quasi parum hoc sit ad Platonis egregiam laudem. Sed quam Plato propius ad trinitatis cognitionem quam Aristoteles accesserit, satis suo loco ostendimus. Nunc breviter divum Augustinum memi-
 25 nero, qui in octavo libro Confessionum fatetur sese legisse in libris Platoniorum auctorum, quamquam non iisdem verbis, rationem evangelii nostri illius: »In principio erat verbum, et verbum erat apud deum« et reliqua loci eiusdem usque ad »verbum caro factum est« exclusive. Divum
 80 etiam Thomam non praetereo, quamvis properem. Qui inter initia Sententiarum allegans divum Augustinum: »Plato, inquit, hoc intellegere potuit, cum in Aegyptum profectus esset.« In prima etiam parte: »Reperitur, inquit, in libris Platoniorum in principio fuisse verbum, verum non ut verbum personam genitam significet, sed ut ratio rerum idealis intellegatur,

10 cf. I. Cor. 2, 8. | 12 Rom. 1, 20. | 17 cf. Petr. Lomb. Sent. I. dist. 3 B. | 31 cf. Aug. Conf. VII. 9. | 36 cf. Thom. Aq. In Sent. Petr. Lomb. I. dist. 3. quaest. 1. art. 4 | 87 cf. Thom. Aq. Summa theol. I. quaest. 32. art. 1.

φθάσαι μέντοι γε οὐκ ἔσχον ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ πνεύματος ἀγαθότητα, ὅτι γνόγτες τὸν θεὸν οὐχ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐσεβάσθησαν.

■ Τοῦτ' αὐτὸ καὶ Αὐγουστῖνος ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν περὶ τῆς Πόλεως τοῦ Θεοῦ περὶ Πορφυρίου μαρτυρεῖ, δηλονότι τρεῖς αὐτὸν ὑποστάσεις θεότητος ὑποθεῖναι. ὧν τὴν μὲν πρώτην πατέρα τοῦ παντὸς ὀνομάζει, τὴν δὲ δευτέραν νοῦν πρῶτον, ἥτις υἱὸς ὑπὸ τοῦ Μακροβίου κέκληται, τρίτην δὲ τὴν τοῦ ὄλου ψυχὴν, ἣν Μάρων ὁ ποιητὴς τῆ Πλάτωνος ἀκολουθῶν δόξῃ πνεῦμα καλεῖ· »τὸ πνεῦμα, λέγων, ἐνδοθεν τρέφει. νοῦς τε διὰ πάντων κεκραμένος τῶν ἄρθρων ἄγει τὸ πᾶν.« μάρτυρι τοίνυν τῷ θεῷ Αὐγουστίνῳ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ὁ Πλάτων τῆς αὐτῆς οἴον οὐσίας τίθεται, ἄλλῳ δὲ μάρτυρι τῷ Θεῷ τὰ ὡς ἴδια τῆς θείας τριάδος ἔγνω διδαχθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τῶν προφητῶν. τό τε τρεῖς ὑποστάσεις τὴν θεότητα εἶναι δικαίως ἂν αὐτῷ Πλάτωνι ἀναθείημεν, εἰ γο Πορφύριος τὰ Πλάτωνος ἐπρέσβευεν. οὐδὲ μᾶλλον ἐγκαλεῖν αὐτῷ δεῖ, ὅτι μὴ τρεῖς ὑποστάσεις διακεκριμένας πραγματικῶς ἐν μιᾷ τῷ ἀριθμῷ οὐσία, ὡς ἡ καθολικὴ πίστις πρεσβεύει, ἐτίθετο, ἢ ἐπαινεῖν, ὅτι παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους Ἕλληνας μόνος αὐτὸς ὡς ἐγγύτατα τῆς ἀληθείας ἀφίκετο. ἀλλὰ τί ὁ κατήγορος; »Πλάτων, φησὶν, οἴον ἐνθουσιάζων πατέρα ἐκάλεσεν τὸν θεόν.« καὶ υἱὸν οὖν ἐπιφέρειν ἀνάγκη, ἐπεὶ περ πατέρα ὠνόμαζεν. οὐ γὰρ οὕτ' εἶναι οὔτε νοεῖσθαι δύναται ἂν πατὴρ ἄνευ υἱοῦ. εὖ δὲ καὶ εἰ μὴ εἰδότης εἴρηται ἐνθουσιῶντα οὕτως εἰπεῖν. αὕτη γὰρ ἐστὶν ἐκείνη ἡ ἐνθεος καὶ ἐπαινετὴ μανία, ἣ οἱ ἐνθουσιῶντες κατέχονται, οἱ πνεύματι θεῷ κινούμενοι τὰ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἀγνωστα τῶν ἱερωτέρων καὶ θειοτέρων πραγμάτων θεοῖθεν τοῖς ἀνθρώποις ἀνακαλύπτουσιν. οὗτός γε μὴν, ἃ θαυμάζειν ἔδει, τούτων καταφρονεῖ.

26

Κεφ. ιζ' Ὅτι προφανῶς ἐνταῦθα περιπίπτειν ἑαυτῷ ὁ κατήγορος δείκνυται τὸν μὲν ἄνθρωπον λέγων διὰ τῆς πίστεως μετὰ τὴν παράβασιν μᾶλλον ἢ διὰ τῆς τοῦ ἴχνους γνώσεως τὴν τριάδα κατανοῆσαι, τὸν δ' Ἀριστοτέλην διὰ τοῦ ἴχνους τὸ τῆς τριάδος μυστήριον ἔγνωκένοι ἀποφαινόμενος.

17,1 Ἄλλ' ἐτι πρόβεισι περαιτέρω διεβεβαιούμενος τὸ ἴχνος ἱκανὸν εἶναι πρὸς τὴν γνῶσιν τῆς θείας τριάδος, ἐπάγει τε οὐκέτι ἐπιχείρημα, ἀλλὰ πρότασιν μόνον ἄνευ τινὸς ἀποδείξεως. »εἰ πάντα, λέγων, τὰ τῶν δημιουργημάτων ἴχνη συνέλθοιεν εἰς ταυτό, τελεία ληφθεῖη ἂν ἐξ αὐτῶν τοῦ θεοῦ γνῶσις ἐν πᾶσιν, εἰ καὶ μὴ περιληφθῆναι δύναίτο μὴδὲ ἡ αὐτοῦ ἀπειρία νοηθῆναι.« πρὸς δὲ τοῦτο τὸ ψευδὲς ἐπιχείρημα ῥητέον, ὡς εἰ διὰ τοῦ τῶν δημιουργημάτων ἴχνους ἡ θεία οὐσία δύναίτο ἀκριβῶς νοηθῆναι, τοῦτο ἢ διὰ τοῦ τῶν ὁρωμένων εἶδους συμβάλει ἂν, ὅπερ οὐ μόνον τὸ οὐ ἐστὶν εἶδος, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτοῦ παρίστησιν αἰτίαν διὰ τῶν αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἰδίων ὑπαρχόντων ἰχνῶν, ἢ τῷ τοῦ ἐπιχειρήματος λόγῳ διὰ τοῦ ἡμετέρου νοῦ προϊόντος. ἀλλὰ διὰ μὲν τῆς τοῦ ὁμωνύμου ἀποτελέσματος ὁμοιότητος γινώσκουσι τὴν τῆς ὁμωνύμου αἰτίας οὐσίαν ἀδύνατον ἐστίν. οὐ γὰρ τῆ τοῦ

per quam deus cuncta creaverit.« Ceterum, etsi appropriata tribus personis illi cognoverunt, tamen devenire ad spiritus sancti bonitatem non potuerunt, quia cognoscentes deum non ut deum coluerunt.«

Hoc idem et divus Augustinus de Porphyrio Platonico auctore in **8** decimo libro de Civitate Dei testificatur, videlicet tres substantias illum statuisse. Primam, quam patrem universitatis appellat, secundam primam mentem, quae filius a Macrobio dicta est, tertiam animam mundi, quam Maro poëta ex Platonis opinione spiritum vocat:

»Spiritus intus alit, totosque infusa per artus

10 mens agitat molem.«

Ita Plato teste divo Augustino patrem et verbum in unitate essentiae statuit, divo autem Thoma altero teste appropriata divinis personis intellexit idque in Aegypto a sacris litteris didicit. Tres etiam substantias realiter distinctas referri ad Platonem, qui auctor Porphyrii fuerat, iustum est. Nec magis **15** damnandus ille est, quod non trium suppositorum distinctionem realem in eadem natura statuerit, quam commendandus, quod praeter alios tam prope ad divinae trinitatis rationem accesserit. »Plato, inquit, semel quasi furore concepitatus patrem deum appellavit.« Ergo et filium affert, qui patrem appellavit. Non enim pater vel esse vel intellegi potest sine filio. Pul- **20** chrum vero et, quod fateris, ipsum furore quodam actum illum ita dixisse. Furor enim hic est pius ille et laudabilis, quem iis tribuimus, qui numine instincti res divinas, quas ratio attingere nequit humana, referunt. Sed tu, quae laudare debes, vituperas.

26 Cap. XVII. Falso dicit adversarius vestigium satis esse ad cognitionem trinitatis.

Pergit in asserendo vestigium satis esse ad trinitatis cognitionem, **17, 1** affertque non item argumentum, sed conclusionem sine ulla probatione. »Si omnia, inquit, vestigia creaturarum in unum colligerentur, perfecta dei cognitio haberetur ad omnia, excepta comprehensione dei et infinitate.« **80** Arguimus igitur contra hanc falsam conclusionem ad hunc modum. Si per vestigia creaturarum potest essentia dei distincte intellegi, hoc certe fuerit aut per speciem rerum sensibilium, quae non modo rem, cuius species est, verum etiam causam rei eiusdem repraesentet per propria ipsius rei causata vestigia, aut per argumentationis rationem a nostro **86** intellectu proficiscentem. At per similitudinem effectus aequivoci cognosci essentiam causae aequivocae impossibile est. Non enim similitudine vermis

8 cf. Aug. De Civ. Dei X. 23. 28. | **8** Vergil. Aen. VI. 726 sq. | **18** cf. Georg. Trap. Comparationes II. 3. | **82** cf. Georg. Trap. Comparationes II. 3.

σκόληκος ὁμοίότητι τὸ εἶδοποιὸν τοῦ ἡλίου γνωσθῆναι δύναται ἂν, εἴ γε μὴ εἶδει μόνον, ἀλλὰ καὶ γένοι φυσικῶ ἀλλήλων διενήνοχε ταῦτα. ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ θεὸς αἰτιὸν ἐστὶν ὁμωνύμως τῶν δημιουργημάτων ἀπάντων καὶ οὐκ ἂν ἄλλως αὐτοῖς πλὴν τῆ κατ' ἀναλογίαν ἐνότητι κοινωνοῖ, δῆλον ὡς διὰ τῶν τοιούτων ἀποτελεσμάτων κατὰ τινὰ κοινὰ μόνον, οὐ κατὰ τὰ ἴδια 5 γνωσθῆναι δύναται. οὐτε μὴν ὁ ἡμέτερος νοῦς ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιχειρῶν ἀρχῶν τὰ τῆς θείας φύσεως ἴδια δύναται συμπεραίνειν, τὰς ἀμέσους καὶ οἰκείας τῷ θεῷ προτάσεις ἀγνοῶν. ἀλλ' ἔστω, ὡς καὶ ὁ κατήγορος βούλεται, πάντα τὰ ἴχνη εἰς ταῦτ' ἀνασυνεληθόντα. ἀλλ' ἐπεὶ τὸ ἄθροισμα τοῦτο πεπερασμένον καὶ ὠρισμένον ἐστὶν οὐδὲ δύναται ἄλλως τῆ θείᾳ ἐξισοῦσθαι 10 τελειότητι, ἀλλ' ἐπ' ἀπειρον ὑπ' αὐτῆς ὑπερέχεται, διὰ τοῦτο ὡσπερ τῷδε ἢ τῷδε τῷ ἴχνει ἢ θείᾳ οὐσίᾳ γινώσκεισθαι οὐ δύναται. οὕτως οὐδὲ τῷ ἡθροισμένῳ ἴχνει ἐκείνῳ δύναται ἂν γνωσθῆναι διὰ τὴν ὠρισμένην ἐκείνην ἀνομοιότητα καὶ τὴν ἐπ' ἀπειρον διάστασιν αὐτοῦ πρὸς ἐκείνην.

2 Ἀὕτη τῶν διδασκάλων ἀπάντων ἐστὶ γνώμη. οὕτω πάντες φρονοῦσιν. 15 αὐτίκα Θωμᾶς ἐν τῷ τοῦ καθ' Ἑλλήνων πρώτου κεφαλαίῳ τρίτῳ εἶναι τινὰς φησὶν ἀληθεῖς περὶ θεοῦ δόξας, αἱ γνωσθῆναι ἄλλως ἢ διὰ θείας ἀποκαλύψεως οὐ δύνανται, οἷον τὴν τῆς θείας γεννήσεως ἢ προβολῆς δόξαν. κἀν τῷ πρώτῳ δὲ τῶν Ἐπιτομῶν, ζητήματι δωδεκάτῳ, κεφαλαίῳ δευτέρῳ ἀδύνατόν φησὶν εἶναι τὴν θείαν οὐσίαν ὁμοιότητι τινὶ ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου 20 νοῦ θεωρεῖσθαι. δείκνυσί τε τοῦτο πρῶτον μὲν διὰ τοῦ θείου Διονυσίου, ὃς ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ περὶ Θεῶν Ὀνομάτων κεφαλαίῳ ἀληπτα καὶ ἀθεώρητα τοῖς αἰσθητοῖς εἶναι φησὶ τὰ νοητὰ καὶ τοῖς ἐν πλάσει καὶ τύπῳ τὰ ἀπλά και ἀτύπωτα καὶ τοῖς ὑφειμένοις τὰ ὑπερκείμενα. ὡς γὰρ τῷ σώματος εἶδει ἀδύνατον γνῶναι ἀσώματον οὐσίαν, οὕτω καὶ δι' οὐτινοσοῦν 25 εἶδους δημιουργήματος ἀδύνατόν φησὶν εἶναι γινώσκεισθαι τὴν θείαν οὐσίαν. εἶτα καὶ λόγῳ ἐνδείκνυται τὸ αὐτό, καθ' ὅτι ἢ τοῦ θεοῦ ὑπαρξίς τὸ εἶναι ἐστὶν αὐτοῦ, ὑπερ οὐδενὶ τῶν δημιουργημάτων προσήκει, καὶ ὅτι τὸ τοῦ θεοῦ εἶναι ἀπερίγραπτον καὶ ἀπερίοριστόν ἐστιν, ὑπερέχον πάντων ἀπλῶς τῶν νοουμένων. πᾶν δὲ κτιστόν εἶδος ὠρίσται λόγῳ, ἢτοι τῷ σοφίας ἢ τῷ 30 δυνάμειως ἢ οὐσίας ἢ τινὸς τῶν τοιούτων.

3 Οἱ δὲ φιλοσοφοῦντες οὕτω πως ἀξιοῦσιν, ὡς τὸ τί ἦν εἶναι τῶν χωριστῶν οὐσιῶν καὶ μάλιστα τῆς πρώτης γινώσκεισθαι μὴ δυνατὸν εἶναι κατὰ γε τὸ τί ἐστὶν διὰ τῶν ὑλικῶν τε καὶ αἰσθητῶν. κἀν εἰ καὶ δυνατὸν εἶναι τινὰ τοιαύτην οὐσίαν γινώσκεισθαι, καὶ τοῦτο δὲ μᾶλλον ἐφ' ὅσον 35 τι οὐκ ἐστὶν, ἢ ἐφ' ὅσον τί ἐστὶν. εἶπεν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ἐλάττονι α' τῶν Μετὰ τὰ φυσικά· «ὡσπερ γὰρ τὰ νυκτερίδων ἕμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν, φησὶν, οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῆ φύσει φανερώτατα πάντων.» καὶ ἐν τῷ περὶ Ζῴων μορίων πρώτῳ· τῶν ἀγενήτων καὶ ἀφθάρτων ἐκείνων πραγμάτων, φησὶν, «εἰ καὶ 40 κατὰ μικρὸν ἐφαπτόμεθα, ὅμως διὰ τὴν τιμιότητα τοῦ γνωρίζειν μελίζω ἢ τὰ παρ' ἡμῖν ἅπαντα» χάριν ἔχει. κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Οὐρανοῦ τῶν περὶ τῶν οὐρανίων σωμάτων ἐπιχειρουμένων φησὶ τοπικὰς εἶναι τὰς λύσεις.

cognosci potest essentia specifica solis, cum non solum specie differant, sed genere etiam physico. Cum itaque deus sit causa aequivoca omnium creaturarum nec nisi unitate analogica cum his conveniat, hinc per eiusmodi effectus ad quaedam communia tamen, non ad propria usque cognosci potest. Nec vero intellectus noster ex communibus argumentandi principiis elicere potest conclusionem propriam ad dei rationem, quandoquidem immediatas propositiones deo aptas ignorat. Sint etiam omnia vestigia in eodem collecta, quod adversarius argumento deducit. Sed cum aggregatum hoc finitum limitatumque sit nec divinam aequare possit perfectionem, sed infinitum a deo ipso excedatur, ideo aut uno aut altero vestigio essentia dei cognosci non potest. Sic ne per vestigium aggregatum quidem poterit propter dissimilitudinem limitationum et infinitam distantiam quocumque posito.

Auctorum etiam omnium sententia eodem plane tendit. Iam divus 15 Thomas in primo contra Gentiles, capite tertio esse aliquas veritates divinas refert, quae cognosci nisi per revelationem divinam non possint, ut veritatem divinae generationis aut processions. Idem in prima parte, quaestione duodecima, articulo secundo impossibile esse ait essentiam per aliquam similitudinem cerni ab intellectu nostro. Quod his mediis probat: 20 Primum divi Dionysii auctoritate, qui capite primo de Divinis Nominibus similitudine rerum ordinis inferioris nullo modo posse cognosci res superioris ordinis confirmat. Ut enim per speciem corporis cognosci substantiam incorpoream non posse, ita multo minus per quamvis speciem creaturae posse cognosci substantiam dei arbitratur. Mox ratione, quod 25 essentia dei est ipsum eius esse, quod nulli formae creaturae competere possit, et quia esse divinum est incircumscriptum et illimitatum, eminens supra omnia, quae intellegi possint. Quaeque autem forma creata est limitata ratione vel sapientiae vel virtutis vel essentia vel alicuius generis eiusdem.

Philosophi vero sic volunt, ut quiditas substantiarum separatarum et 30 maxime primae cognosci non possint quantum ad quid est per materialia et sensibilia. Quamquam aliquam esse huiusmodi substantiam intellegi potest, idque magis ad id, quod ipsa non est, quam ad id, quod est. Unde Aristoteles primo Metaphysicae: »Ut vespertilionum, inquit, oculi ad lucem diei se habent, sic mens animae nostrae ad ea, quae naturae omnium 35 apertissima sunt.« Et in primo de partibus Animalium: »Res namque illas superiores, inquit, tametsi leviter attingere possumus, tamen ob eius cognoscendi generis excellentiam magis oblectamur, quam cum haec nobis iuncta omnia tenemus.« Et in secundo de Caelo argumenta de corporibus caelestibus facta dissolvi non posse nisi ratione topica scribit. Averroes

87 γὰρ] Bekker add. καὶ | 41 μεζω] ἡδίων Bekker

16 cf. Thom. Aq. Summa c. gent. I. 3. | 20 cf. Thom. Aq. Summa theol. I. quaest. 12. art. 2. | 37 Arist. Metaph. α 1. 993 b, 9—11. | 40 Arist. De part. Anim. α 5. 644 b, 32 sq.

ὁ τε Ἀβερόης ἐξηκοστῷ ὑπομνήματι τῶν εἰς τὸ τρίτον τῶν περὶ Ψυχῆς τὸ Ἀριστοτέλους ἐκεῖνο ζήτημα, πότερον δύναται ὁ ἡμέτερος νοῦς νοεῖν τὰς αὐλοὺς οὐσίας ἐξηγούμενος· »ἀδύνατόν ἐστι, φησίν, διὰ τῶν αἰσθητῶν τὸ τί ἦν εἶναι τῆς χωριστῆς οὐσίας νοεῖν. ἔσται δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ ἐνεργεῖα νοῦς ὡς εἶδος ἐνωθῇ τῷ δυνάμει νῶ.« καὶ ὁ Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Ἀφροδισιεὺς δ τῆς αὐτῆς ἐστὶ γνώμης. ὁ τε ἱερὸς Θωμᾶς τὸ δεύτερον τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ V 115 καὶ τὸ τρίτον τῶν περὶ Ψυχῆς ἐξηγούμενος τὴν αὐλοὺς οὐσίαν ἡμᾶς δύνασθαι νοεῖν φησι κατὰ τὸ εἶναι, οὐ μὴν καὶ κατὰ τὴν ὑπαρξιν. ἐξ ὧν ἀπάντων καὶ λόγων καὶ μαρτυριῶν σοφωτάτων ἀνδρῶν σαφὲς γέγονεν ἀδύνατον εἶναι διὰ τῶν σωματικῶν τε καὶ αἰσθητῶν τὴν τοῦ θεοῦ ὑπαρξιν ἰδίως 10 τε γνωσθῆναι καὶ ἀκριβῶς.

✦ Οὐ τούναντίον ὁ κατήγορος ὀνειρώττει λέγων, εἰ εἰς ταῦτ' ἅπαντα συνέλθοιεν, δύνατόν εἶναι νοῆσαι, κατενεχθεὶς ὡς ἔοικεν ἐπὶ ταύτην τὴν πλάνην ἀκηκοῶς τινος λέγοντος ἐκεῖνο τὸ Σκότου δύνασθαι τινα εἶτι ζῶντα ἀκριβῆ λαβεῖν γνώσιν πάντων τῶν ἄρθρων τῆς πίστεως, ὅπερ 15 οἱ Θωμᾶ τῷ θεῷ ἐπόμενοι οὐκ ἐγκρίνουσιν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Σκότος οὐ διὰ τῶν ἰχνῶν τῶν δημιουργημάτων δύνασθαι γίνεσθαι τοῦτό φησιν, ἀλλ' εἶδει τινὲ θεόθεν διὰ θαύματος μορφωθέντι, ὅπερ ἀκριβῶς αὐτὸ τὸ ζητούμενον δύναται παραστῆσαι. πότερον δὲ ὀρθῶς ἢ μὴ ταῦτα λέγεται, ζητεῖν ἐνταῦθα οὐκ ἀνάγκη. ἡμῖν γὰρ ἀρκεῖ δεῖξαι τὸν κατήγορον μήτ' ἀφ' ἑαυτοῦ 20 λόγοις, μήτε παρ' ἄλλων μαρτυρίαις δύνασθαι τῇ αὐτοῦ παραλόγῳ δόξῃ ἀμύνειν.

✦ Ἐπιθήσω τε τῇ πρὸς ταῦτα ἀποκρίσει τέλος εὐθύς, πρότερον δείξας καὶ αὐτὸν ἑαυτῷ ἐναντιούμενον. »φησὶ γὰρ τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ παρήκουσε τοῦ θεοῦ, πρότερον ἂν ἔγνω τὴν τριάδα διὰ σοφίας ἐκ τῶν ἰχνῶν ἢ διὰ 25 πίστεως, μετὰ δὲ τὴν παράβασιν γινώσκειν ἀνάγκη πρότερον διὰ πίστεως ἢ διὰ σοφίας, ὅπερ ἐστὶ διὰ τῆς τῶν ἰχνῶν γνώσεως.« εἰ οὖν μετὰ τὴν παράβασιν ἐκείνων τῶν προπατόρων οὐδεὶς δύναται διὰ τῆς τῶν ἰχνῶν γνώσεως εἰς τὴν τῆς θείας τριάδος ἀφικέσθαι γνώσιν — τὸν δ' Ἀριστοτέλη καὶ τῇ παραβάσει ἐκείνη ἐνοχὸν γεγενῆσθαι καὶ πίστεως ἐστερηθῆσθαι καὶ 30 τῆς θείας ὅλως γραφῆς μὴ μετασχεῖν οὐδ' αὐτὸς ἂν ἀρνηθῆιη —, πῶς οὐκ ἀσχεῖστα ἑαυτῷ περιπίπτει, τὸν αὐτὸν καὶ πίστεως ἐστερηθῆσθαι καὶ τῇ προγονικῇ ἁμαρτίᾳ ἐνέχεσθαι καὶ ὅμως διὰ τῶν ἰχνῶν τὴν θείαν τριάδα λέγων ἐγνωκέναι; ἀλλ' οὐδὲ ὁ νομίζει περὶ τῶν προπατόρων γνῶναι ἂν αὐτοῦς V 115^ν δυναθῆναι τὴν τριάδα διὰ τῶν φυσικῶν, εἰ μὴ ἡμαρτον, εὐσεβῶς λέγεται. 80 ἢ γὰρ ἱερὰ πίστις ἀξιοῖ, ὡς καὶ μὴ ἡμαρτηκότας τελεωτάτην τε ἔχοντας ἐπιστήμην ὅμως οὐδέποτε ἂν τῆς τῆς θείας τριάδος ἀκριβοῦς γνώσεως τυχεῖν ἢ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ πίστει περιεχομένων.

etiam commento tertii libri de Anima tricesimo sexto declarans quaestionem illam Aristotelis, an intellectus noster possit intellegere substantias non in materia positas: »Impossibile est, inquit, per res sensibiles intellegere quiditatem substantiae abstractae. Sed hoc fuerit, cum intellectus agens unietur
 5 ut forma intellectui possibili.« Alexander quoque in hac eadem sententia est, et divus Thomas exponens secundum Metaphysicae librum et tertium de Anima dicit substantiam nos intellegere posse quantum ad esse, non quantum ad essentiam. Ita et rei ratio et auctoritas virorum illustrium impossibile esse declarat, ut per res corporeas essentia dei proprie atque
 10 distincte intellegatur.

Quod adversarius possibile esse autumat, si vestigia in idem omnia colligantur, delapsus ad hunc errorem, ut opinor, cum referentem quempiam illud Scotum audivisset posse hac in vita distinctam haberi cognitionem de articulis fidei, quod schola divi Thomae non probat. Ceterum
 15 Scotus non id fieri posse per vestigia creaturarum arbitratus est, sed per speciem divinitus miraculo procreatam, quae distincte hoc repraesentet. Sed an haec opinio recta sit, non hoc loco quaerendum est. Adversarium hic nihil vel a se rationis, vel ab aliis auctoritatis pro sua opinione habere iam ostendisse satis est.

Finem huius responsionis faciam, si prius sibi ipsum contradicentem
 20 aperiam. Dicit hominem, nisi peccasset, prius cognoscere potuisse trinitatem per sapientiam ex vestigiis quam per fidem, sed post peccatum cognoscere prius per fidem quam per sapientiam, hoc est per vestigiorum cognitionem esse necesse. Quodsi post peccatum illud originale nemo
 25 potest ad trinitatis cognitionem per vestigia devenire, nisi antea fide illustretur — Aristotelem autem fide caruisse nec aliquid litterarum sacrarum degustasse ne ipse quidem negat —, qui fieri potest, quin sibi ipse turpiter contradicat, cum eundem et fide caruisse et per vestigia trinitatem cognovisse confiteatur? Sed videtur non satis vim colligendae contradictionis
 30 syllogismique cum animadversione conficiendi habere. Nec vero quod de primo homine putat cognoscere illum potuisse trinitatem, si in statu innocentiae perstitisset, caret impietatis errore. Religio enim ita vult, ut, quamvis ille non peccasset perfectamque haberet scientiam, tamen nunquam assequi posset trinitatis cognitionem et reliqua, quae a fonte fidei profluunt.

8 cf. Averr. In Arist. Anim. III. c. 36. | 7 cf. Thom. Aq. In Arist. Metaph. II. lectio 1. In Arist. Anim. III. lectio 1. | 16 cf. Ioh. Scot. In I. Sentent. dist. 3. qu. 5. schol. 2.